

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. 39. Turdus Visciuorus. Trostel [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Turdus Viscivorus.
Frostel.



Turdus simpliciter.
Krametvogel.



Turdus leucocephalus.



Merula.
Stein Amel.



Merula mas.



Merula femina.



Merula alba et nigra.



Passer solitarius mas.
merulis



Passer solitarius
femina.



Merula torquata mas.



Merula torquata
femina.



Merula Congener.



Belon.
Oisier. l. 5
c. 10.

Atten.
Dipos. l.

Scalig.
H. A.
Arij. l. 5
c. 26.

Genera.
l. Com.
mentar.
citato.

mero in Italia adparent et in pratis ingentes earum cateruae conspiciuntur. Quae de harum congene-

re addit Aldrouandus, uide, si libet, capite uigesimo primo libri decimi octau.

TITVLVS. III.

De Auibus Bacciuoris.

CAPVT. I.

De Turdis in genere.

Auis Latinis seu per onomatopoeiam seu a colore turdus dicta a Graecis ueteribus *κίχλη, κίχλα*, *κίχλα*, a modernis a schynopoullus, ac si lentiscinas aues diceret, uocatur. Genera ipsorum tria prodidit Aristoteles. *Visciuorum* seu *ἰσχυρίων* picae magnitudine. *Τερχάδα* a stridore dictum, quantitate merulae et *ilias* omnibus minus minusque maculis distinctum, c quod gregatim uolat et nidos e luto hirundinum more construit et apud Gallos † non extare putatur. Recentiores plura enumeratis adnumerant. Nam et *turdela* Hermolao est genus turdi alterum, quod in Veneta prouincia drexanos uulgo uocant, maior turdo, penna subfusca, uaria et Turnero illa, quae Saxonice *Brachvogel*, (commune hoc fere illis nomen, quae in noualibus et quiescentibus agris immorantur) colore fusco, terreo, obscuro, ut humi sedens agnosci uix possit, ex turdorum est genere. Idem Germanorum *Trostel* turdum pilarem esse putabat. Scaliger † secundi apud Aristotelem generis *duas species* facit, quarum una *trida* a Vasconibus, altera *turdus* dicitur, figura et facie adeo dissimiles, ut nonnunquam in agnoscendo fallantur. Saxonum *Ziepdruschel* colore iliaco similis quaeque circa rubos uersatur et fructibus eorum uiscitat, minimum turdi genus et *βυτίς* Aristotelis quibusdam Germanorum uero *Klein Zimmer*, merula minor, rostro acuto, breuibus pedibus eiusdem nonnullis cyanus. Heluetii habent turdum syluestrem Carinthiorum auis dicta *Leimtrostel*, pedibus

albis, turdis minoribus adnumeratur. De *albis*, qui in septentrione, non est, quod aliquid dicam.

Forma si spectetur, cinereus color eis fere peculiaris est, huic, quam illi remissior uel intensior. Omnes per collum inferius, pectus et uentrem maculis aestate consperguntur, d quas per hyemem deponunt. Vnde Arist. H. A. 1. 9. c. 49

de Plinius: *e turdis color aestate circa collum uarius, hyeme concolor.* H. N. 1. 10. c. 29.

Visus tamen uisciuorus, nescio, quod anni tempore, captus, qui ita plumbei coloris euaserat, ut quodammodo ad amethystinum accederet. Visus et turdus uulgo dictus, tribus diuersis coloribus diuersis nimirum temporibus captus. *Rostrum* omnibus est longiusculum, crassiusculum, rectum. *Lingua* lata et ad imitandum humanum sermonem parata. *Pedes* figura similes et colore non in omnibus eodem. *Intestinum* appendices non habet nec gula uerius stomachum dilatatur nec superius ingluuiem habet. Nullibi non sunt obuii. *Daphnios* seu a Laureto illo Alexandrino, ubi bacis uesci poterant, seu a *Daphne* delizioso quodam Syriae suburbano ita dictos Clemens Alexandrinus celebrat. Aduenas esse et quotannis in Italiam circiter aequinoctium autumnale trans mare uerno reuolare auctor est f. Varro. f. de Rost.

Vnde trimestres Plinius dixit, per hyemem latere scripsit g Aristoteles, nec tamen omnes, uel ex eo euident, quod in b Heluetia circa Tigurum per hyemem abundant, hyeme in Italia loca maritima iuniperis et myrtis consita frequentent. Ab i. l. s. H. A. 1. 8. c. 3. h. Gesn. in Ornithol.

Ambrosio inter eas, quae sub hyemis

ini-